velox consilium sequitur penitencia
maxime consilio contraria sunt fes-
tinacio et ira Et varro in suis
sentenciis Impericie signum est
eorum difficilimum fieri cito Que
omnia designat cum moderamine
et maturitate singula fore paragenda
Vnde Ganfredus in poetria Si
quis habet fundare domum non cur-
rat adactum Impetuosa manus
intrinseca linea cordis premittet
opus seriemque subordine certo
interior prescribat homo totam que
signat Que verba nil aliud so-
nant nisi quod artifex sapiens
mature precogitat quid facturus
sit Sic in moribus moderate
procedendum est Vnde Ovidius in e-
pistolis Ha nimium properas et
adhuc tua messis in herba est
Et Tibullus Quid fraudare
iuvat vitem crescentibus uvis
Et modo nata malo vellere
poma manu Vnde petronius Nolo
quod cupio statim tenere nec vic-
toria mi placet parata quia teste
claudiano Sepius incaute no-
cuit victoria turbe Absit tamen
ut hii se temperatos credant in qui-
bus vite temperancia negligencia est
quia et simul nocet festinacio
nimia et moderata minime eciam
prodesse creditur pigra et sompno-
lenta ; operacio tamen sepius tamen pi-
gre nature creduntur Quamvis in-
dicia in hoc fallunt Ita omnis
virtus in medio sistit ut alibi de-
ductum Ille ergo temperatus existit
qui nec festinacione seducitur
nec torpore seu desidia deti-
netur Vnde lucanus libro primo
Semper nocuit differre paratis Et
impius sapientum Et celeritas
in desiderio mora est Vnde
plinius ad Cornelium tacitum Est
gracior miles acer brevis Et
Symachus in epistolis In re ap-
ta putet esse plurimum In ardu-
is autem causis et rebus maxime
itaque ut temperancia medium in agendis
tenere debet Vnde valerius libro x°
Nichil inquit tam preclarum aut
tam magnificum est quod immo-
deratum non videat Illa igitur
potencia tuta est que viribus suis
modum imponit Vnde pictagoras
moderacione pectus suum instructum
habuit sic quod poeta alterum cum se
pertinacissimum cum possit affligere non
evaluit Vnde Stacius in thebai-
dos libro decimo Da spacium tenere
quod more male cuncta ministrat im-
petus Et ibidem libro ii° Sic nimiis
furor est instare periculo quod fa-
ciunt intemperati in agendis quod sab-
bati etc Capitulum sextum

De modestia lingwe etc

Lingwa iniqua pacem
perturbat ut fit minatur
lites intenditque iras
Ob hoc preterea membr-

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/hs161/0095
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch
Baden-Württemberg